



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

26. An secunda Confessarius possit commutare pœnitentiam extra
confessionem sacramentalem? Ex quo cursissime infertur, quod votum
commutari potest & absolutio à censuris potest fieri extra ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Confessarius extra confessionem sacramentalem, dictam penitentiam commutare, suspendere, atque super ea dispensare, & hoc sæpe præticauit, ait Valerius ubi supra, qui etiam putat eundem confessarium posse commutare penitentiam sine causa; quia licet fuit in eius arbitrio illam imponere, ita in eodem debet esse illius commutatio, nam vnaquæque res propter quascumque causas nascitur, propter eandem dissoluitur, sed cum petitur commutatio ab alio Sacerdote, requiritur causa.

6. Et idè reassumens omnia supradicta. assero posse quemlibet confessarium ex iusta causa commutare penitentiam, etiam si fuerit data super peccata reservata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, non autem extrâ, quod si commutauerit, idem confessarius poterit quidem extra confessionem, si ad plurimum intra hebdomadam penitens redeat.

7. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem questionem. * Sed si aliquis quaereret an penitens auctoritate propria commutare possit penitentiam à Confessario sibi impostam, in opus euidenter melius? Respondeo affirmatiue, & ita etiam probabiliter docet Portel in addit. ad dub. reg. ver. penitentia sacramentalis, n. 6. ubi sic asserit. Potest penitens, auctoritate propria commutare penitentiam sibi impostam in aliud opus euidenter melius. Probatur à simili. Nam omnes dicunt posse quemlibet suum votum commutare auctoritate propria in opus euidenter melius, vt qui uouit dicere tertiam partem Rosarij, poterit commutare in vnum diem ieiunij; est autem eadem ratio, in præcepto otto ex voto, & ex mandato confessoris. Ita probabiliter Portel, licet aliqui etiam magis probabiliter contrarium asserant. Sed hæc dicta sufficiant circa penitentia commutationem; hoc vnum addam valde notandum, * posse penitentem penitentiam à confessario iniunctam per annum differe. Ita docet ex Societate Iesu Antonius Fernandez in instrum. confessar. p. 1. docum. 7. §. 2. n. 2. ubi sic ait. Tiene obligacion el penitente de cumplir la penitencia por lo menos de un año, si no le obliga el Confessor dentro de menos tiempo coligese del cap. omnis de penit. ibi, Et iniunctam sibi penitentiam. Sic Fernandez, qui hoc etiam docuerat in docum. 4. n. 5.

RESOL. XXXVI.

An secundus Confessarius possit commutare penitentiam extra confessionem sacramentalem?

Ex quo curissime inferitur quod votum commutari potest, & absolutio à censuris potest fieri extra Sacramentum.

Et docetur primum Confessarium, qui imposuit penitentiam, illam commutare, vel diminuire posse extra confessionem.

Item breuissime docetur, quod penitens ipse potest, auctoritate propria, commutare penitentiam sibi à Confessario iniunctam, in opus æquale, aut saltem in euidenter melius. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 43.

§. 1. Negatiue responderet Tamburinus, Opusc. de Confess. tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 26. ubi ita asserit: De alio, seu secundo Confessario certum fit non posse extra confessionem commutare penitentiam ab alio iniunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec vllam habet potestatem, nisi dum est in hoc Tribunali; sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum; ergo, &c. Dices. At votum commutari potest, & absolutio à censuris fieri item potest, & Sacramentum. Re-

Tom. I.

spondeo, posse quidem, quia id dependet solum à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio penitentia procedit ex potestate Sacramentali, vt dictum est. Ita ille.

2. Sed licet ego olim hanc sententiam docuerim, tamen non existimo improbabilem, sententiam affirmatiuam, quam nouissimè tuetur Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 9. quest. 101. quia primus Confessor potest mutare penitentiam extra Confessionem: ergo etiam poterit alius. Secundo, quia, vt aliqui probabiliter asserunt, penitens ipse potest auctoritate propria commutare penitentiam sibi iniunctam in opus æquale, aut saltem euidenter melius. Ergo meliori iure poterit Confessor. Et idè hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 27. de Penit. numero 20. sic aens: No es necesario boluerse à confessar con el segundo Confessor, para que le commute la penitencia, basta de xija la penitente; pues si se huiera de boluer à confessar con el, fuera para que le consta de la penitencia, que auia de commutar, y diciendosela el penitente, cessa la dificultad, & nihil frustra est faciendum, & superflua sunt resecanda, leg. Hæc stipularia, §. Final. & ibi, addit. margin. vt Legatorum nomine. Y assi podrá commutarla el segundo Confessor fuera de la Confession Sacramental. Ita ille. His tamen non obstantibus, sententiam negatiuam, quam olim docui, puto communiorem, & probabiliorem & in praxi sequendam. Vide Castrum Palaum, tom. 4. tractat. 23. punct. 21. numer. 8. & segg. Cardinalem Lugo, de Penitent. disput. 25. sect. 6. num. 110. cum aliis.

3. Nota tamen, posse primum Confessarium qui imposuit penitentiam, illam commutare extra Confessionem, docere etiam Machadam, tom. 1. lib. 3. par. 1. docum. 11. num. 1. sic asserentem: Començando pues por el Confessor que dio la penitencia, digo que es doctrina, y regla general, en que todos los Doctores conuenien, que este puede con qualquiera iusta causa commutar, o disminuir la penitencia que el dio, segun iuzgare mas conueniente, no solo en confession, sino tambien fuera de ella. No obstante, que Syluestro niega esto vltimo. Hæc Machadus; qui tamen postea num. 4. hoc negat de secundo Confessario. Vide etiam circa præsentem questionem Candidum, tom. 1. disquisit. 4. art. 32. dub. 8. qui pro negatiua, & affirmatiua sententia Auctorem adducit.

RESOL. XXVII.

An Confessarius possit commutare penitentiam præseruatiuam ab alio Confessario impostam?

Et an Confessarius possit commutare penitentiam, non audita priore confessione eorundem peccatorum, etiam reseruatorum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 136. aliàs 137.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Zerola in praxi penit. c. 25. q. 12. ubi ait, id quod dictum est de commutatione penitentia impostæ, debet limitari, non procedere in penitentia præseruatiua, quæ datur loco medicina; nam ista penitentia non potest, nec debet commutari, quia datur per modum pharmaci.

2. Sed Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 3. num. 5. affirmatiuam sententiam tenet, quando tamen Confessarius iusta, & rationabili causa penitentiam præseruatiuam commutet in aliam præseruatiuam

E e

Ref. 28. cursum in § penit. à verbi Dammodo, & supra in Ref. 9. §. Nota etiam, & cursum in fine §. 1. Ref. 14.

Sup. hoc sup. in Ref. 23. & in Ref. 24. §. 1. & in Ref. 25. §. Sed contrariam, aut mediâ, vt Limita. & in aliis eorum annor. pro hac quæst.

Sup. hoc sup. in Re. 24. figuranter ex §. Sed cum, & §. Dices primo, ad medium, & in Ref. 25. §. Sed contrariam, post mediâ, verbi. Sed notandum, & infra in Ref.